

Ueneciis procuratoribus communis thesauri, aut cui commissum fuerit per religionem, pro quolibet anno, de quo estis obligatus in non parva quantitate, quia multi anni sunt, non exolvistis nec ipsi vestri procuratores dixerunt habere commissionem satisfaciendi. Quare, venerande frater, est omnino necessarium et^b conveniens, quod contradicione et dilacione cessante illam exolvatis quantitatem, ne incurratis in penas institutionum capitularium et censuras ecclesiasticas, que graves sunt infligte non solventibus, et non immerito, nam aliter Rhodus et castella dicionis nostre pariter insule non possunt manuteneri et defendi contra infideles, cui sancto operi est ascriptus ordo noster. Speramus vestram fraternitatem id facturam cum opere. Et ipsas pecunias mittatis Uenetias, ut estis obligatus, ad manus receptoris prioratus nostri Ueneciarum fratris Andreę de Martinis aut alterius eius loco deputati, ut de his nos disponere possimus, prout diffuse eisdem vestris procuratoribus diximus. In quo diligenciam vestram adhibeatis, ut non sit providendum indemnitati severiori remedio. Vestri procuratores non interfuere in capitulo generali, quia adhuc expectamus capitulantes, et supplicarunt, ut eis daretur licencia, ne perderent oportunitatem passagium triremium Uenetorum Baruti⁹⁷ et celerius reverterentur, nam hyemis tempestate instante fuisset eorum nimis diuturna profectio. Valete felix. Datum Rhodi die X Novembris M CCCC LXXXII. — *Auf der Rückseite oben* Venerando ac religioso in Christo nobis precharissimo fratri Iohanni de Suuambach prioratus nostri Boemie priori. *Unten* Abousson Petrus cardinalis magister hospitalis Hierusalem.

9.

Der Meister Fr. Pietrino del Ponte und der Konvent ernennen Johann von Wartenberg zum neuen Prior von Strakonitz (= Böhmen). Sie stützen

b) *wiederholt am Beginn der nächsten Zeile*

97) Zu den venezianischen Mude di Levante, den Geleitzügen von Galeeren nach Beirut, die von Kreta aus gewöhnlich Rhodos und Zypern anliefen, vgl. Pierre MOUKARZEL, *Le voyage de Venise à Beyrouth (XIV^e–XVI^e siècles)*, in: *Itinérances maritimes en Méditerranée du Moyen Âge à la première modernité: Actes du colloque international organisé les 12–13 octobre 2017 à Toulon et à Marseille (MUCEM) par les laboratoires Babel (Université de Toulon) et LA3M (Université d'Aix-Marseille)*, réunis par Sandra GORGIEVSKI (Babeliana 19, 2019) S. 237–258; Jean-Claude HOCQUET, *Venise et la mer, XII^e–XVIII^e siècle* (2006) S. 111–113, mit Karte.